

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

4 vtrum dolor corporis sit summum malum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](#)

QVAEST. XXXIX.

recedit a ratione honesti.

A D S E C V N D V M dicendum, quod sicut tristitia de malo procedit ex voluntate, & ratione recta, quae detestatur malum: ita tristitia de bono procedit ex ratione & uoluntate peruersa, quae detestatur bonum, & ideo talis tristitia impedit laudem, uel meritum boni honesti, sicut cum quis facit cum tristitia eleemosynam.

A D T E R T I V M dicendum, quod aliqua praesentialiter eveniunt, quae non fiunt Deo uolente, sed Deo permittente, sicut peccata: unde voluntas repugnat peccato existenti, uel in se, uel in alio, non dilucrat a uoluntate Dei. mala uero poenalia praesentialiter contingunt etiam Deo uolente: non tamen existitur ad rectitudinem uoluntatis, quod ea secundum se homo uelit, sed solum quod non contrahitur ordi-
ni diuinæ iustitiae, ut supra dictum est.*

ARTICVLVS III.

Vtrum tristitia possit esse bonum utile.

A D T E R T I V M sic proceditur. Videtur, quod tristitia non possit esse bonum utile. Dicitur. n. Eccles.

30. Multos occidit tristitia, & non est utilitas in illa.

¶ 2 Præt. Elecio est de eo quod est utile ad finem aliquæ, sed tristitia non est eligibilis, quinmo id est sine tristitia, quod cum tristitia est magis eligendum, ut dicitur in 3. Topic. ergo tristitia non est bonum utile.

* Cap. 2. non remote a principio. Tex. 17. 10. cap. 3. ante meto. 5. **A D Q U A R T I V M** sic procedit. Videtur, quod tristitia est sumnum bonum hominis, quia est ultimus hominis finis, sed beatitudo consistit in hoc, quod homo habeat quicquid uelit, & nihil mali uelit, ut supra dictum est.* ergo sumnum bonum hominis est impletio uoluntatis ipsius, sed tristitia cōsistit in hoc, quod accidit aliquid contra uoluntatem, ut patet p. Aug. 14. de Ciuit. Dei. ergo tristitia est sumnum malum hominis.

¶ 3 Præt. Aug. sic argumentat in. Soliloquio. Ex duabus partibus cōpositi sumus, ex anima, & corpore, quarum pars deterior est corpus, sumnum autem bonum est melioris partis optimum: sumnum autem malum pessimum deterioris, est autem optimum in animo sapientia, in corpore pessimum dolor. sumnum igitur bonum hominis, est sapere: sumnum malum, dolere.

S E D C O N T R A. Sapiens non querit nisi utilia, sed sicut dicitur Eccles. 7. Cor sapientum ubi tristitia, & cor stultorum ubi latitia. ergo tristitia est utilis.

R E S P O N. Dicendum, quod ex malo præsenti insurget duplex appetitus motus. Vnus quidem est, quo appetitus contrariatur malo pñti, & ex ista parte tristitia non habet utilitatem: quia id quod est præsens, non potest non esse præsens. Secundus motus confurgit in appetitu ad fugiendum & repellendum malum contristis, & quantum ad hoc tristitia habet utilitatem, si sit de aliquo, quod est fugiendum. Est. n. aliquid fugiendum duplexer. Vno modo, propter scipsum ex contrarietate, quod habet ad bonum, sicut peccatum: & iō tristitia de peccato utilis est ad hoc, quod hoc fugiat peccatum, sicut Apol. dicit 2. ad Cor. 7. Gaudeo, nō quia contristati estis, sed quia contristati estis ad penitentiam. Alio modo, est aliquid fugiendum, non quia sit secundum se malum, sed quia est occasio mali, dum uel homo nimis inheret ei per amorem, uel et ex hoc, quod precipitatur in aliquid malum, sicut patet in bonis temporalibus & secundum hoc tristitia de bonis temporalibus potest esse utilis, sicut dicitur Eccl. 7. Melius est ire ad dominum lucus, quam ad dominum conuiuii, in illa. n. finis cunctorum admonetur hominum. Iō autem tristitia in omni fugiendo est utilis: quia geminatur fugiendi causa. nam ipsum malum secundum se fugiendum est, ipsum autem tristitiam fumus se oīs fugiunt, sicut est bonum omnes appetunt, & delectationem de bono. Sicut ergo delectatio de bono facit, ut bonum audiuatur queratur: ita tristitia de malo facit, ut malum uehementius fugiatur.

A D P R E M I V M ergo dicendum, quod authoritas illa intelligitur de immoderata tristitia, quae animum absorbet, huiusmodi. n. tristitia immobilitat animum, & impedit fugam mali, ut supra dictum est.*

Ad 11. dicendum, quod sicut quodlibet eligible fit minus eligibile propter tristitia: ita quodlibet fu-

ARTIC. III. ET IIII.

F giendum redditur magis fugiendum propter tristitiam, & quantum ad hoc tristitia est utilis.

A D T E R T I V M dicendum, quod tristitia de operaliqua impedit operationem, sed tristitia de cessione operationis facit audius operari.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum dolor corporis sit summum malum.

¶ Super quæ, tristitia mona articulatum quartum.

A D Q U A R T I V M sic procedit. Videtur, quod tristitia sit sumum malum. Optimus n. opponitur pessimum, ut dicitur in 8. Ethic. sed quædam delectatio est optimum, quæ pertinet ad felicitatem. ergo aliqua tristitia est sumum malum.

¶ 2 Præt. Beatitudo est sumnum bonum hominis, quia est ultimus hominis finis, sed beatitudo consistit in hoc, quod homo habeat quicquid uelit, & nihil mali uelit, ut supra dictum est.* ergo sumnum bonum hominis est impletio uoluntatis ipsius, sed tristitia cōsistit in hoc, quod accidit aliquid contra uoluntatem, ut patet p. Aug. 14. de Ciuit. Dei. ergo tristitia est sumnum malum hominis.

¶ 3 Præt. Aug. sic argumentat in. Soliloquio. Ex duabus partibus cōpositi sumus, ex anima, & corpore, quarum pars deterior est corpus, sumnum autem bonum est melioris partis optimum: sumnum autem malum pessimum deterioris, est autem optimum in animo sapientia, in corpore pessimum dolor. sumnum igitur bonum hominis, est sapere: sumnum malum, dolere.

S E D C O N T R A. Culpa est magis malum, quam poena, ut in primo habitum est, sed tristitia, seu dolor pertinet ad poenam peccati, sicut frui rebus mutabilibus est malum culpa. Dicit enim Aug. in li. de uera religio. Quis est dolor, qui dicitur animi, nisi carere mutabilibus rebus, quibus frueatur, aut frui se posse sperauerat? & hoc est totum quod dicitur malum, id est, peccatum, & poena peccati. ergo tristitia, seu dolor non est sumnum malum hominis.

R E S P O N. Dicendum, quod impossibile est aliquam tristitiam, seu dolor esse sumnum huius malum. Ois enim tristitia, seu dolor aut est de hoc quod est uera malum, aut est dealiquo apparet malo, quod est uera bonum. dolor aut, seu tristitia quae est de uera malo, non potest esse sumnum malum: est. n. aliquid eo peius. uel non iudicare esse malum illud quod est uera est malum, uel est non refutare illud. Tristitia aut, seu dolor, quod est de apparenti malo, quod est uera bonum, non potest esse sumnum malum: quod est oīo alienari a uero bono, unde impossibile est, quod aliqua